



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118596**

§. 71. Livones Polonis subjecti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

Sæcul. XVI  
A.C. 156<sup>o</sup>.

## §. LXX.

*Seditio apud Livones mota.*

*Neugbau hist. Polon. l. 8. Chytra. Saxon. l. 20. Spönd. n. 38.* Sub idem tempus in Livonia Revaliæ Gubernator Erici XIV. Sueciæ Regis nomine Padensem Abbatiam, plures resque arcis sub variis prætextibus occupabat, his tamen usurpationibus Poloniæ, & Daniæ Reges, necnon Lubecenses cives, ceterosque omnes, qui in mari mercaturam agebant, ad seditionem contra Ericum concitabant; inde enim Nerbana præpediebatur navigatio, cunctæque naves, quæ antea Nerbam vela faciebant, nunc Revaliam contendere cogebantur: quapropter prima hæc violentia funestum æque, ac diuturnum accedit bellum, vi cuius mutato totius Livoniæ statu cives sese Polonis submittere cogebantur.

## §. LXXI.

*Livones Polonis subjecti.*

*Thuan. l. 28.* Itaque Livones has conditiones acceptare compellebantur. I. Mutatio Principis Livonici apud Cæsarem, aut imperium damno non sit, ac Confessionis Augustanæ professio libera permittatur. II. Nobilium privilegia confirmantur. III. Plena jurisdictio juxta leges, & consuetudines, ac mores antiquos servetur salvo provocationis jure. IV. Penes

Penes Magistratum Germanicum jus <sup>Sæc. XVI.</sup>  
dicendi facultas maneat. V. Magister <sup>A.C. 1561.</sup>  
Ordinis Livonici, qui Porussico sub no-  
mine Ordinis Teutonici uniatur, Cur-  
landiæ Dux creetur, eique ditiones no-  
væ hæreditario jure attribuantur. VI.  
Regi Poloniæ cedatur Transduinana  
Provincia, necnon Riga cum omni ejus  
territorio, ac jurisdictione, prout Im-  
perio suberat, atque in ea Gotardus  
Kethlerus novus Dux tanquam Regis Po-  
loniæ Vicarii partes teneat. Alia deni-  
que pacta ad compensationem juris, quod  
Magno Holsatiæ Duci competit, perti-  
nentia, necnon immunitatem a bello, de-  
bita, & monetam concernentia in eisdem  
federis articulis comprehendebantur.

Hæc pacta fuere firmata Vilnæ die  
vigésima nona Novembris, atque cir-  
cumacto tridui intervallo Nobilitatis  
privilegia per alia pacta confirmaban-  
tur: denique Sigismundus Augustus,  
Poloniæ Rex, Guilielmus Brandenburgi-  
cus Rigenſis Archiepiscopus, & Gotar-  
dus prior Ordinis Magister fidem so-  
lemni jurejurando interponebant, ea-  
que de re acta publice conficiebantur,  
quibus & Rex pollicitus est, omnia  
bona illicite a Livoniæ ditionibus se-  
parata, aut per ultimos belli tumultus  
a Moscis avulsa se recuperaturum, in  
idque omnes opes suas insumpturum,  
iisque

Sæcul. XVI. iisque recuperatis bello ablata antiquis  
A.C. 1561. dominis restitutum.

Verum huic fœderi sese opposuit Christophorus Megalopolitanus Rigenfis Archiepiscopi Coadjutor, qui alium, præter Imperatorem pro summo domino suo agnoscere recusavit, moxque consensa navi in Germaniam perrexit, ubi cum nullam a Cæsare, & imperii Ordinibus liberandæ Livoniæ spem reliquam videret, ad Sueciæ Regem confugit.

### §. LXXII.

#### *Ordo Livonicus in Germania extinctus.*

*Chyltreus ib.* *& in append.* Mense Martio anni sequentis execu-  
p. 974. tioni fœderis utrinque dabatur ini-  
*Thuan. l. 28.* tium, ac præprimis Gotardus supre-  
mus Ordinis Livonici Magister ritu so-  
lemni omnibus dignitatis suæ juribus  
cedebat, eaque in Nicolaum Ratzevilium  
Vilnæ Præfectum, qui tum præsens  
aderat, transtulit, simulque Crucem,  
Sigilla, cunctaque diplomata ejusdem  
Ordinis, qui jam ab anno Christi tre-  
centesimo quinquagesimo septimo a sum-  
mis Pontificibus, atque Imperatoribus  
fuerat institutus, eidem Ratzevilio con-  
signavit unacum arcis Rigenfis clavi-  
bus, ejusdemque civitatis portis: in-  
super Commendatoris officium, jus cu-  
dendæ